



21
Bl. 89



EPITHALAMION

Quod

VIRO

NOBILISSIMO AMPLISSIMO
EXCELLENTISSIMO DOMINO

JOANNI JACOBO NEVHOLDIO,

PHILOSOPHIÆ, & MEDICINÆ DOCTORI,
Illustris Academiæ Cæsareæ Leopoldino - Carolinæ Naturæ
Cursioforum Collegæ, Incliti Comitatus Neogradensis antehac Physico ordinario, hoc
vero tempore, in Libera Regiæque Ciuitate, Sempronio, Polyastro,

VIRGINEM,

Natalium nobilitate, pietatis, pudicitia, omniumque
lexus sequoris virtutum laude ornatissimam,

MARIAM SVSANNAM GENTE PAMERIAM,

Sanctissimo matrimonii fœdere, in perpetuam uitam
utriusque sortis, ac tori sociam
ducenti,

Anno recuperatæ salutis

CIO IO CC XXIX.

Die XXIVNII.

Cum religiosa felicitatis constantis appreciatione,
inter fausta sæcularum solennia,
dicat

DANIEL HAYNÓCZI, S. S. S. T.



Jaurini.

Litteris Josephi Antonii Streibig, Priuil. Regii & Episc.
Jaurinensis Typogr.



Ublica, uere nouo labentis nunciat anni,
Fama, *RAVENSPVRGI* celebraſſe Machaona
tempus,
Gaudia quod feſto tandem triplicata reuexit.
Promeruit *SCHLAPERIZ*, dicatur ut orbe Ma-
chaon
A medico, meritis, doctrina clarus, & auro,
Vrbs quem dicta ſenem ueneratur, grataque uotis
Exoptat calidis, Pylios ut uiuat in annos,
Atque ſalutarem felix exerceat artem.

Lætitiæ primus cumulus fuit ille beatæ,
Luſtra quod ante decem, morbos depellere doctus,
Artis Apollinæ ſummos ſit adeptus honores.
Dignus erat uiſus, cui prouida cura ſalutis
Credatur, cui ſerta comas iam laurea cingant,
Purpureum uiolæque ornent cui tempora tegmen.

Spes neque Pæonios Doctores illa ſefellit.
Quantus apud Danaos quondam fuit arte Machaon,
Tanta *RAVENSPVRGI* uolat omnem fama per orbem
Et *SCHLAPERIZ*, ſumma, decies iam quinque per annos,
Laude manus ægris medicas adhibentis, in una
Harum de numero, quæ libertate perenni-
Teutonicis gaudent ex munere Caſaris, urbe.
Hæc uero publici fuerat ſeges altera plauſus.

Tertia lætitiæ menſuram cauſa replebat
Illa, quod hic rediens, iam quinquageſimus annus,
In memorem reuocet ſibi nunc ea gaudia mentem,
Queis noua coniugii celebrabat fœdera, ducta
In ſociam uitæ, fortisque, torique, puellas
Quæ *MEMMINGENSES* inter tot ſola placebat,

Virgine

Virginē *SCHORERIA*. Cuius quæ gratia uultus,
Quæ morum fuerit, dubio sine nomen id *ANNÆ*
FELICIS prodit. Tantum tamen illa maritum
Inter complexus quia nulla prole beauit,
Vtrum *FELICIS* uel nomine digna sit *ANNÆ*,
Cum nihil ad rhombum faciat, sterilisque feraci
Sit pæfæpe torus felicior, orbis & ipse,
Tantisper mitto, dubiam, me iudice, litem.

Ad TE Musa nouum sua, *NEVHOLD*, carmina
sponsum
Vertit, dum thalami patria genitalis in urbe
Sacra pio celebras caſta cum Virgine ritu.

Illuſtrem quoque TV profiteris Apollinis artem,
Quam *SCHLAPERIZ*: ad aquas hanc TV de fonte ſalanas,
Poſt quoque Leucoreas hauſiſti, Lipſia ritu
Contulit antiquo ſummos TIBI diues honores.
Purpureum capitis, decus hoc, hæc laurea doctæ
Præmia uirtutis, Phylirea ex urbe relata,
Sex annos patriis cum laude tueris in oris.
Hæc dixiſſe ſatis mihi ſit præconia laudum
Cætera, namque meum non eſt, celebrare *TVARVM*.
Et uideor uiuas mihi ſtare uidere columnas
Tot, quot ab interitu ſeruaſti obnoxia morbis
Corpora tabificis, hæc donec luce fruuntur
Vitali, nomen laudesque *TVAS* ad ſidera tollent.
Nec *COMITVM FORGÆCS* gens *ILLVSTRISSIMA*, tota
Cum *NEOGRADENSI* tua nobilitate, tacebit
Facta, diu medico TE felix uſa fideli.

Nunc Sancto quoniam iungis TIBI fœdere ſponſam,
Sempronis palmam quæ præripit una puellis,
Grazulor inde *TVIS*, *NEVHOLD* cariffime, tædis,
NEVHOLD, Pæoniæ decus artis, uiuere caſta,
Quod mauiſ coniuſ cum coniuge, quam ſine lege
Liberiore frui uita. *DEVS*, ille ſalutis
Archiatere noſtræ ſummus, qui largiter auxit
TEque, *TVAM*que. TIBI tot dotibus ipſe *SVSANNAM*,
IS SCHLAPERIZIANOS, faxit, uiuatis ut annos,
Concordes, læti ſolidæ pietatis amantes,
Vt poſt luſtra decem uobis, precor, ille recurrat,
Qui triplicata ferat iubilæus gaudia Phœbus,

Quem

Quem celebrent TECVM nati, nataeque parente,
Cum generis, nuribus, lepida cum prole nepotes.

Vt uiret ad lætas undarum florida ripas
Arbor, defixis alte radicibus hærens,
Luxuriansque comis, quæ mitia poma colonis
Porrigit: ARBORÆA TVA sic de stirpe SVSANNA,
Quæ, seu quis famam clarorum spectet auorum,
Ducit ab annofo generosum stemmate nomen;
Seu quis uirtutes inquirat uirgine dignas:
Hanc sua commendat, radians de corpore pulchro.
Casta, puellarum quæ dos amplissima, uirtus:
Sic, inquam, uireat, nullis quassata procellis,
Fructibus, atque comis, pyllos decorata per annos,



Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18





EPITHALAMION
 Quod
 VIRO
 NOBILISSIMO AMPLISSIMO
 EXCELLENTISSIMO DOMINO
 JOANNI JACOBO
 NEVHOLDIO,

PHILOSOPHIÆ, & MEDICINÆ DOCTORI,
 Illustris Academiae Casareae Leopoldino - Carolinae Naturæ
 Curioforum Collegæ, Incliti Comitatus Neogradensis antehac Physico ordinario, hoc
 vero tempore, in Libera Regiaque Ciuitate, Sempronio, Polyatro,

VIRGINEM,

Natalium nobilitate, pietatis, pudicitia, omniumque
 lexus sequioris virtutum laude ornatissimam,

MARIAM SVSANNAM
 GENTE PAMERIAM,

Sanctissimo matrimonii fœdere, in perpetuam uitam
 utriusque sortis, ac tori sociam
 ducenti,

Anno recuperatae salutis

CIO IO CC XXIX.

Die XXIVNIIL.

Cum religiosa felicitatis constantis appreciatione,
 inter fausta raedarum solennia,
 dicat

DANIEL HAYNÖCZI, S. S. S.

J A U R I N I,

Litteris Josephi Antonii Streibig, Priuil. Regii & Episc.
 Jaurinensis Typogr.

xerat, omnes,
 bit.
 AXATORIS, Kis-Hontensis.
 namque
 , habet.
 L RUTKAY, Trenensis.
 ia prædest,
 beor.
 S DUMETI, Trenchinensis.
 gore membra,
 erum
 d videamus eum.
 LUS SZALAY, Tornensis.

præceter æther:

